



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CLVI. Alexander II. Anno Christi 1061. Henrici IV. Reg. 6. Const. Ducæ 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CLVI.

ALEXANDER II.

ANNO CHRISTI 1061.

HENRICI IV. Reg. 6. CONST.
DUCÆ 3.

ALEXANDER II. patriâ Medio-
lanensis nomine antea *Anselmus*,
dignitate Episcopus Lucensis (1) an.
1061. Kal. Octobr. *cum altiore* gra-
dum nullatenus appeteret, *violento pluri-*
morum consensu, quorum apud Romanos
tunc præcellebat auctoritas, ingenti Con-
cilio assentiente, in eo locatus est primatu,
quo Præsulum Orbis terræ caput existe-
ret atque Magister. *Allectionem hanc*
sanctitate meruerat atque doctrinâ. (2)
Quod cum ad aures Imperatricis (Agne-
tis) ejusque filii (Henrici IV.) per-
venisset, indignatione nimia ducti, quod
hæc sine illorum consensu & auctoritate
gesta fuissent, Cadaloum Parmensem Epif-
copum ultra montes à Placentino dunta-
xat & Vercellino Episcopis ipsâ die festi-
vitatis Apostolorum Simonis & Judæ in
Papam eligi fecerunt. (3) Interim Ale-
xander habito Romæ amplius cen-
tum Episcoporum conventu, Leonis
IX, & Nicolai II. decreta adversus
Cle-

Bar. an.
1061.
§. 1. 7.
Pag. §. 1. 3.

Bar. an.
1063. §.
31. 38.
Pag. §. 5.

Clericos Simoniacos & incontinentes
rata esse jussit, litterisque amicè mo-
nuit Berengarium, quem tertio pe-
nituerat propositi, ut errorem depo-
neret haud simulatè. Simoniæ ipse ad
Cadaloo accusatus, Concilio Mantu-
am indicto se coram Episcopis con-
cepto Sacramento purgavit, tamque
apertè diluit objectum crimen, ut
adversarios ipsos pertraheret ad cau-
sam suam, atque obtineret, ut Cada-
loo repudiato, & sacris amoto, Pon-
tifex summo omnium consensu habe-
retur. Romam reversus duobus Con-
ciliis hæresim Incestuosorum à qui-
busdam Jurisconsultis propugnatam
damnavit, obfirmatos in errore per-
culit anathemate. (4) Idem manda-
vit Sacerdotibus, ut rem divinam fa-
cerent semel tantum in die; (5)
*renovavit communem Regularium Con-
victorum vitam in Ecclesia Lateranensi;*
(6) dignificavit Episcopatum Lucensem,
Cruce coram Episcopo ferendâ sicut coram
Primate; (7) jusque Mitræ permisit
Uratislao Duci Bohemorum, (8) Ab-
bati S. Augustini Cantuarie, & Abbati
Cavenfi. (9) Exiit è vita anno 1073.
XI. Kal. Majas, post annos undecim

Bar. an.

1064. §. 1.

Pag. §. 1.

Bar. an.

1068. §. 4.

Pag. §. 4.

Bar. an.

1073. §. 12

Pag. §. 3.

mensēs sex, dies unum & viginti, quàm
Ecclesiæ præesse cæperat.

ANNOTATIONES.

(1) Tradunt registra Lucana, quod
in tantum dilexit dictam Civitatem, quod
non permisit ibidem Episcopum fieri toto
tempore vitæ suæ, sed illum sibi reservavit:
Ptolomæus Lucentis lib. 19. Hist. Eccl. cap. 2.
& in Annalibus ad an. 1063. inter Scriptores
rerum Italicarum tom. 11. pag. 1072. &
1251. Vide annotat. 1. ad Clementem II.

(2) Guilielmus Pictaviensis de gestis Guiliel-
mi I. Ducis Normannorum, inter Scriptores
Historiæ Normannorum Duchesnii pag. 197.

(3) Leo Ostiensis lib. 3. Chron. Casin. cap.
21. tom. 4. Script. Rer. Italic. pag. 431.

(4) Exstat decretum apud Gratianum Cau-
sa 35. quæst. 5. cap. *Ad fidem Apostolicam* 2.
& apud Baronium ad an. 1065. §. 18.

(5) In Concilio Romæ celebrato anno 1063.
ex quo decretum recitat Gratianus dist. 1.
De Consecrat. cap. sufficit 53. *Sufficit*
Sacerdoti unam missam in die una celeb-
rare, quia Christus semel passus est, & to-
tum mundum redemit. Non modica res
est unam missam facere, & valde felix
est, qui unam Missam dignè celebrare po-
test. Quidam tamen pro defunctis unam
faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit.
Qui mos jam abrogatus est, Innocentius enim
II. cap. *Consulvisti* 3. *De Celebrat. Missar.*
Re-

Respondemus, quod excepto die Nativitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis succedat, sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare. Plura in hanc rem Bona lib. 1. Rer. Liturgic. cap. 14. Martene lib. 1. De antiquis Ecclesiæ ritibus cap. 13. art. 3. §. 4. & 18. Thomassinus De vet. & nova Ecclesiæ disciplina part. 3. l. 1. cap. 57.

(6) Joannes Diaconus in libro de Ecclesiâ Lateranensi cap. 8. apud Mabillonium tom. 2. Musei Italici pag. 569.

(7) Ptolomæus Lucensis in Annalibus tom. 11. Scriptor. Rer. Italic. pag. 1253.

(8) Idem jus confirmavit Gregorius VIII. lib. 1. epist. 38. asserens *laicæ personæ tribui non consuevisse*. Exemplum secuti sunt Lucius II. & Innocentius III. Alter enim, ut est apud Ottonem Frisingensem De gestis Friderici lib. 1. cap. 28. tom. 6. Scriptor. Rer. Italic. pag. 663 *concessit siculo* (Regi Rogero) *virgam & anulum, dalmaticam & mitram, atque sandalia*: alter verò mitram Regi Aragoniæ, referente Rainaldo ad an. 1204 §. 71.

(9) Bona lib. 1. Rer. Liturgic. cap. 14. §. 14. Martene de antiquis ritibus lib. 1. c. 4. art. 1. §. 16. Urbanus II. eundem mitre usum indulgit *Abbati Casinensi & Cluniacensi, alii aliis Pontifices indulserunt, frustra reclamantibus S. Bernardo Abbate in epist. 42. & Petro Blesensi epist. 90. qui hac de causa Abbates ambitionis*

notant. Vide annotat. 1. ad Anastasium IV.
& annotat. 5. ad Hadrianum IV.

CLVII.

GREGORIUS VII.

ANNO CHRISTI 1073.

HENRICI IV. REGIS 18. MI-
CHAELIS DUCÆ 3.

GREGORIUM VII. Hetruscum,
G seu, ut aliis placet, Roma-
num, (1) *Hildebrandum* antea di- Bar. an.
ctum, S. R. E. Archidiaconum, 1073. § 20
commemorabili pietate atque doctri- 23. 27.
nâ præditum, rebûsque pro Ecclesia Pag. 5. 4.
gestis spectatissimum, anno 1073. X. 6. 7.
Kal. Majas invitum mœrentémque
consensione unâ Clerus populûsque in
Alexandri II. locum cooptârunt. (2)
Hic statim misit ad Henricum Regem
Legatos de electione sua, quam ille
approbavit, legavitque Romam
Gregorium Episcopum Vercellen-
sem, qui adesset consecrationi ejus.
(3) Post susceptum sacrum Presby-
teratûs Ordinem III. Kal. Jul. Pon-
tifex inauguratus est. (4) Nullam
aliam priorem curam egit, quàm ut
Simoniacam labem, & Nicolaita-
rum